



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici
Semestria duo**

Strauch, Johann

Jenae, 1675

Cap. XI. Ad rubricam, de Electione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10224

1. Calaritanus Episc.

3. Suellis.

2. Emendatio textus.

4. Volatus, μεταβασις.

Calaritanus
Episc.Emendatio
textus.

Suellis.

Volatus,
μεταβασις.

Variat inscriptio. Quædam exemplaria habent. Episcopo Caritanensi, alia Carlatanensi, vel Catalanensi. Alia, non Episcopo, sed capitulo Cabaritano; Sed rectè Calaritano, ut in Raymundanâ. Et ita expressè membranæ optimæ in Bibliothecâ nostrâ Salanâ. Agitur enim de electione, vel postulatione Archiepiscopi Calaritani, in Sardinia, quod est Cagliari. Sed quod Raymundus Sutriensem Episcopum producit, id perperam factum, *Suellensem* habet Honorius, compilatione quinta. Sunt enim Sutrinus & Nepesinus Episcopatus uniti provinciæ Romanæ in Tusciâ. Suellis autem civitas episcopalis olim Sardinia, nunc oppidulum, cujus Episcopatus unitus est Archiepiscopatu Calaritano. Rescinditur electio in hoc capitulo Episcopi Suellensis, quod electio per canones locum non queat habere, sed postulatio. Quia Episcopus jam Ecclesiæ addictus, ab alia eligi non potest. Quam mutationem Honorius vocat, *Volatum*. Hæc vox habetur etiam *cap. nisi in fine. Infra de renunc.* Alii *μεταβασις* vocant, alii invasionem & Episcopus in aliam Ecclesiam transiens invalor & raptor dicitur *d. can. 16. Syn. Antioch.* Volare & involare est rapere, auferre. *l. 6. ff. de inc. rui. nauif. Lucan. lib. 6.*

Quod corpore magni
Projecto rapiat quod Cæsaris invollet artus.

CAP. XI.

Ad rubricam, de Electione.

S U M M A R I A.

1. Electio, *χειροτονία*.

5. Sors, quid.

2. differt à *χειροθεσία*.

3. Electionis tres modi.

3. *χειροτονία Atheniensium*.

7. Inspiratio.

4. In Ecclesiam, à quibus inroducta.

8. Scrutinium.

9. Electio per compromis.

Electio

Electio magni momenti res est, quippe ex quâ omnia Ecclesiarum mala & incommoda manant; ut rectè censet Chrysostomus *lib. 3. de Sacerdot.* Electio χειροτονία, quod in electionibus consensus protensis manibus fieret: Alia hæc est atque ἑπίθεσις χειρῶν, χειροθεσία. χειροτονία fiebat elatis manibus, acclamante universo populo. Eligentes attollebant palmas & per hanc sublationem numerabantur eligentes, ut refert Zonaras *ad can. 1. Apost.* Hanc vocem δὲ τὸ ἔξωθεν in Ecclesiam translata esse notat Justellus notis *ad Codicem canonum Eccl. univ.* Apud Athenienses duplicem rationem fuisse constituendi magistratum, quosdam per κληρῶν electos, qui κληροταὶ δεχαί, & locus, in quo deligebantur, κληροτήριον, quosdam verò per χειροτονίαν, qui χειροτονηταί. In Ecclesiam hunc morem receptum legimus Paulo & Barnaba Presbyteros per singulos civitates χειροτονία, hoc est, suffragio & consensu populi ordinantibus *Act. 14. 23.* Electionis origo à Deo immediatè in cunabulis Ecclesiæ procedebat. Duodecim enim Apostoli vel à piscatione, vel à mensâ numulariorum vel aliis occupationibus à Christo ipso sunt vocati. Electionis viam ipse Dominus in personâ Matthiæ ostendit. Is mediatè electus fuit ab Apostolis, immediatè à Spiritu sancto, qui prius eum vocavit, vocatum autem ita congregatio declaravit. *Prax. Apost. segregate mihi Barnabam & Saulum in opus ὃ ἡμεῖς κλημασι αὐτῆς, in quod eos vocavi.* Declaratus ergo fuit per sortem Matthias, quæ sors est res in dubitatione humanâ divinam indicans voluntatem, ut ait Augustinus *in Psalmum trigesimum.* Hæc alia sors est, quàm calculorum, tesserarum, globulorum, lapillorum, in urnam, vel hydriam, vel galeam conjectorum sortitio, quæ in electionibus Prælatorum improbat. *c. Ecclesia. infra de sortileg.* Porro in hoc titulo tres electionis modi ponuntur: Per inspirationem, per scrutinium, & per compromissum. Inspiratio si ne omni suffragio videtur peragi, impulsu Spiritus S. c. quia propter. Sic Ambrosius infantis voce divinâ inspiratione ex catechumeno nondû baptisatus, *c. statuimus. s. his omnibus. dist. 61.* Episcopo conelamatus est, & ab omnibus unanimiter recepto, ut scribit Paulinus ejus vitâ. Hoc modo creditur Leo XI. Pontificatum iniisse, Ita fertur

Electio χειροτονία.

Differt à χειροθεσία.

A χειροτονία Atheniensium.

In Ecclesiam à quibus introducta.

Sors quid.

Electiois tres modi. Inspiratio.

*Scrutiniū.**Electio per
compromis.*

tur electus Nicolaus ex laico in Episcopum, Beatus Severus assumptus ex lanificio in Archiepiscopum. Sed videtur hic modus antecedere vel certè comitari reliquos, præsertim in concordia electione. Indicat enim concordia præsentiam Spiritus S. Vide cap. 2. h. tit. in 6. ubi ex scrutiniis dicitur jus eligendi oriri. Scrutinium fit singulorum votis clam, vel ut Polybius loquitur *ἕκαστον* collectis, cujus ritus celebres erant in examine Catechumenorum, adhibito exorcismo apud Leonem magnum Epistolâ quinta. Ne scilicet pateat omnibus, quæ agantur, *can. 4. Synodi Laodiceæ*, & ne electiones in præsentia audientium fiant. Denique per compromissum fit electio, cum uni vel pluribus eligendi potestas committitur. *c. Sacrosancta h. t.* quorum judicio standum est, nisi indignum elegerint. *c. causam. 8. h. t.* Id olim usurpatum in summâ discordia plebis & cleri docet concio habita à Sidonio Apollinari in electione metropolitanî Bituricensis. Formam scrutiniî refert Onuphrius Panvinius in annotationibus ad vitam Clementis V. apud Platinam, quibus peragitur electio Pontificis quandoque: Cardinalium, inquit, qui conclave ingrediuntur, solent quilibet seorsum eligere & describere proprio codicillo, quem eligat, & proprio anulo codicillum seu breve obsignare, dehinc in calicem, quem tenet Decanus ante altare injicere, postea verò numerantur brevium suffragia.

CAP. XII.

Ad cap. i. X. de Elect.

S U M M A R I A.

- | | |
|---------------------------------------|---|
| 5. Hodie populus excluditur. | 3. Electio olim ad populum simul |
| 1. Capitulum exstat in compil. primâ. | perinebat. |
| 2. Presbyteri quomodo olim eligendi. | 4. Solennitas eligendi tempore Constantini. |

*Capitulum
exstat in
compil. primâ.*

Lucius Pontifex, vel, ut alii Codices, Pius, vel Alexander, variat enim lectio, constituit, ut Presbyter eligatur à fratribus. Habetur hoc capitulum integrè in compil. primâ, unde constat Raymundum id truncatè in compilationem suam retulisse: Ita autem habet: *Nullus in Ecclesiâ, ubi duo vel tres fratres*